Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quieum super se regnare noluerunt impiorum eorum qui uerbum fidei aut numquam
audire aut male inter praedando corrumpere maluerunt; per messionem ruris
non seminati eorum et ia quos uerbum dei nec audire contigit discussio significatur; quib: quinq:
personis omne genus humanum quod in die iudicii futurum est exprimitur.

Et hi dictis precedebat ascendens hierusolima.
Finita parabola ascendit hierusolima ut ostendat de eiusdem maxime ciuitatis
euentis parabolae fuisse praemissam quae non longe post tempore ipsum occi
sum ob odium regni eius hostilisit clade pertinere. LXXVIII

Et factum est cum adpropinquasset ad betphage et betania
ad montem qui uocatur oliueti misit duos discipulos suos
dicens. ite in castellum quod contra uos est.
Bethphage erat uiculus sacerdotum in monte oliueti. bethania quoque uillula
siue ciuitas in latere montis eiusdem quasi stadiis quindecim ab hierusalem sicut
iohannes euangelista manifestat. Ubi lazarus suscitatus a mortuis cuius et mo
numentum ecclesia nunc ibidem constructa demonstrat. bethphage domus buccae.
Bethania domus obedientiae dicitur. quas hierusolima uenturus saluator praes
cientiae suae dignatione sublimauit. Quia multos ante passionem suam docendo
donis spiritalis confessionis et obedientiae spiritalis impleuit. Quae pulchrae ciuitates
in monte oliueti ipsi posite referuntur. hoc est in ipso domino qui nos unctione spiritalium
carismatum et scientiae pietatisq: luce refouet. Unde et alibi cum dicere. non
potest ciuitas abscondi supra montem posita. continuo subiecit; Neque accendunt
lucernam et ponunt eam sub modio. quia idem mons oliueti. id est summus spiritalium
distributor gratiarum qui ciuitatem suam ut emineat exaltat. hanc quoq:
oleo exultationis ut lucere possit inflammat; et quia idem lumen sub modio poni
noluit. misit discipulos in castellum quod contra eos erat. id est doctores qui in
dolta ac barbare totius orbis lytorae quasi contra posita castelli moenia euangeli
zando penetrarent distinaxit eunt. Recte autem duo mittuntur siue propter
scientiam ueritatis et mundiciam operis. seu propter geminae dilectionis dei uidelicet
et proximi sacramentum totoque be praedicandum.

Inquiem intro euntes inueniatis pullum asinae alligatum cui nemo um
quam hominum sedit soluite illum et adducite. et si quis uos interrogauerit
quare soluitis sic dicetis ei quia dominus operae eius desiderat.
Intro euntes in mundum praedicatores inuenerunt populum perfidiae uinculis
interitum funiculis enim peccatorum suorum unusquisq: constrictus erat. nec
solum nationum sed et iudaeorum omnes enim peccauerunt egentes gloriadi.